UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

169. Parabola vigesima, Mulieris quærentis drachmam perditam.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56533

Visual Library

lam, quæ perierat, (quærere eam, quæ erravit, *Matth. 18. V. 12.*) donec inveniat eam? *Luc. 15. V. 4.*

III. Et ſi contigerit, ut inveniat eam, *Matth. 18. verſ. 13.* imponit in humeros ſuos gaudens: & veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat. *Luc. 15. V. 5. & 6.* Amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam magis, quàm ſuper nonaginta novem, quæ non erraverunt. *Matth. 18. V. 13.*

IV. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pænitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentiâ. *Luc. 15. V. 7.* Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, qui in cælis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis. *Matth. 18. V. 14.*

MEDITATIO CLXIX.

Parabola XX. Mulieris quærentis drachmam perditam.

I. QVæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nónne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat? *Luc. 15. verſ. 8.*

II. Et

II. Et cùm invenerit, convocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram. *Luc. 15. v. 9.*

III. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. *Luc. 15. v. 10.*

MEDITATIO CLXX.

Parabola XXI. Filij prodigi.

I. HOmo quidam habuit duos filios: & dixit adoleſcentior ex illis patri; Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Et diviſit illis ſubſtantiam. *Luc. 15. verſ. 11. & 12.*

II. Et non poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam: & ibi diſſipavit ſubſtantiam ſuam vivendo luxurioſè. *Luc. 15. v. 13.*

III. Et poſtquam omnia conſummâſſet, facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere. Et abijt, & adhæſit uni civium regionis illius. Et miſit illum in villam ſuam, ut paſceret porcos. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci man-